



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XXIX. De efficacia Sacrosancti Sacramenti Eucharistiæ ad superandos seu mortificandos inordinatos motus Sensualitatis nostræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

modi perturbationibus: habeasq; pro certo, prauas quasque cogitationes citius depelli mansueta patientia, quàm sollicito studio eas repellendi.



CAPVT XXIX.

Quòd ad extirpandos prauos affectus non sit efficacior medicina, quàm digna sumptio sanctissimi Sacramenti Eucharistiae.

Sacrosanctum Sacramentum Eucharistiae, seu Communionis, varias ob causas à deuotis Christianis sumitur. Si

autem tu illud sumere volueris pro medicina seu robore spiritus contra tuos prauos affectus; attende diligenter ad ea quæ te iam docebo.

Desiderium Christi.

Pridiè namque ad vesperâ priusquam mane sequenti ad sacram Communionem accedas; si tantum temporis habeas, meditare de immenso desiderio, quod Christus Dei filius apud se habuit, vt per huius S. Sacramenti sumptionem tibi vniretur, omnesque prauos affectus tuos ex te radicitus euelleret. Hoc namq; desiderium eius tam feruidum, tamq; copiosum fuit, vt à nullo

lo

Io humano intellectu compre-
hendi possit.

Vt autem in aliquam eius
cognitionem peruenire que-
as, duo hæc tibi suscipias me-
ditanda. Præus, quantæ volu-
ptati Deo sit habitare in no-
bis: cùm scriptura S. id appel-
let delicias Dei, dicens: De-
licia meæ esse cum filijs homi-
num. Vnde & ipse cor nostrū
ad inhabitationem suam depo-
scit, vbi dixit: Fili, præbe mi-
hi cor tuum. Posterius quod
meditaberis sit, quantopere
Deus oderit peccata nostra; q̄
ea ipsius cum nobis vnionem
impediant, suæque incompa-
rabi-

Pro. 8.

Ibid.

28.

rabili perfectioni planè aduersentur. Nam cum ipse summum sit bonum, clarissimum lumen, & desideratissima pulchritudo; non potest non vehementissimè odisse peccatū; quod nihil est aliud quàm tenebræ, fragilitas, corruptela, & immunditia miseræ animæ nostræ.

Verum vt hoc Domini Dei tui desiderium, menti tuæ altius imprimere queas; meditare frequenter de mirabilibus eiusdem operibus in veteri & nouo Testamento. Præsertim de amarissimæ Passionis ac mortis eiusdem Christi Domini-

mini nostri operibus: quæ eò duntaxat suscepit, vt nos à peccatis nostris, & ab omnib⁹ ipsi contrarijs sffectibus redimeret, expugaret, temperq; seruaret. Qua de re omnes à Deo illuminati Ecclesiæ Doctores, cæteri que pij vnanimiter cõcludunt ac docent: Christum Dominum Deum nostrum, si necesse foret, non intermissurum denuò ac millies mori, & quidem morte acerbissima, vt nos à minimo etiam affectu prauo redimeret.

Ex huiusmodi meditationibus facile intelliges ingens desiderium, quod Dominus
Deus

*iacula
torix
orat.*

Deus tuus habet ad habitandum tecum. Et hinc poteris cum his aut similibus iaculatorijs oratiunculis, feruēs desiderium ipsum suscipiendi, etiam in te excitare. O Domine Deus meus veni, & adiuua hanc miserabilem creaturam vincere hostes suos. O Deus meus, quando veniet illud optatissimum tempus, vt à te qui es panis viuus, confortatus, subijciam atque deuincā in me omnes prauos atque inordinatos affectus meos?

Vbi ergo per spem aduentu Domini Dei tui in animam tuam, noñihil confortatus es;
tunc

tunc prouoca ad certamē passionem, affectusque tuos, & iuxta regulam superius traditā, iterum iterumque eas perfecto odio abs te repelle. Dein excita in te desiderium illarū virtutum, quæ his vitijs repugnant. Quæ quidem vesperi pariter & mane postquam surrexeris, facito.

Appropinquante autem *Medi-*
hora sumendi S. sanctam *Cō-*
munionē; paulo antea medita *tatio-*
re de lapsibus, erratis, ingrati- *nes an*
tudine tua in Dominum Deū *te sum*
tuum, quæ à tempore præce- *Sacra-*
dentis sumptionis S. Sacramē *menti.*
ti, iniquè perpetrasti. Ob quā
in-

ingratitude & indignitate tuam, pio timore ac confusione sancta metuas ad Dominum tuum accedere. Sed protinus te ipsum, ex meditatione propensissimæ bonitatis ac misericordiae eius, iterum in spem erige ac consolare: pie confidens ipsam, non attempta indignitate tua, abs te velle sumi: atque hac pia fiducia confortatus, alacri spiritu ad S. altare accedas, ipsumque Dominum Deum tuum, in te lætus suscipias.

Communione autem sacrificii sumpta, diligentissime te concludas in intima cordis tui, & ostendat

ostende Domino Deo tuo fragilitatem tuam, & dic in corde tuo: O mi Deus, vides quanto opere ab hac passione seu pravo affectu occupatus sum. Vides quoque ac scis bene, mihi esse impossibile, vt eum à me ipso euellam. Proinde hanc meam pugnam contra eundē in manus tuas resigno atq; cōmendo, & à te solo victoriā expecto. His tacitè dicitis, verte cogitatū tuum ad cœlestē Patrem, eiq; hunc suum filiū, ob eam maximè causam, propter quam eum iam in S. Sacramēto sumpisti, piè offeras, ab eoque constanti fiducia auxilium expe-

*Obser
uanda
post Sa
cramē
ti sum
ptio-
nem.*

expectes. Qui licet te confestim non iuuet; faciet tamen & tarditatem hanc suam affectum copiosè tibi cum necesse fuerit, refundet.



CAPVT XXX.

Quomodo per eiusdem S. Sacramenti Eucharistiae sumptionem, affectum amoris in nobis excitare possimus.

SI optas per sacram communionem in te excitare affectum amoris in Deum, qui suo feruore omnem voluntatem propriam in te absumat; prae-
die